Teſſara Talus. Punctū ſteſicor⁹ himera. Euripides. quadraginta. Cubus. aſtragalus. f Dexter. Apud antiquos ludus erat talloꝝ & theſſararū. Teſſera quatuor laterum erat. Talus ſex in qbus pūcta erant denominata. Alia a diis Alia ab heroibus alia a claris hoībus.aut a meretricib⁹. nō nulla uero a qbuſdam nunc in laudem nūc in uituperationē accidētib⁹ nomē accipiebant.& ut Pollux ſcribit:punctū fuit qd̄.8.ſignificabat:idq; ſteſicoꝝ dicebat̄ qm̄ ſteſicori ſepulchru; qd̄ erat in himera urbe ſicilie.8.anguloꝝ fuit. Erat & aliud punctū.qd̄ euripidiū dixerūt qd̄.40.ſignificaret. qm̄ uidet̄ euripides unus fuiſſe.40.ꝑfectoꝝ poſt.30.tyrānos athenis eiectos. Teſſaras ꝑterea cubos dici græce ſcribūt.& Gelius ex uarronis ſnia. & Macrobius qd̄ feſtus quoq; affirmat. Aſtragalos uero latine talos uocari. Iulius tamen pollux diligētiſſimus apud græcos ſcriptor: oſtēdit aſtragalū teſſaram eſſe.cū ait duo latera eſſe in Aſtragalo hoc eſt duo puncta & quinq; quæ in hoc ut ſcribit nō ſunt in cubis. Teſſaram autē talo inferiorē eſſe declarat Martial.li.13.Epig.1.Nō mea magnanimo depugnat teſſara talo. Et alibi li.14.diſt.15.Nō ſum taloꝝ numero par teſſara.ut oīno Aſtragalus teſſara latine dici debeat nō talus.

Dexter. Venus. Canis. Dexter ergo ſenio.i.ꝓpiti⁹ fælix.& utilis. Nam in talis ſenio & uen⁹ lucrum afferebāt. Canis uero dānum & Iacturā.unde trangl.in Auguſto. talis iactatus ut quiſq; canem

aut ſenionē miſſerat i ſingulos talos ſingulos denarios in mediū cōferebat: quos tollebat uniuerſos q uenerē iecerat. Hora. lib. 1. Epla. 19. Quē damnoſa uenus quē pceps alea nudat. & in Ode. 7. li. ſcdi car. Quem uenus arbitrum dicet bibendi. g Senio. hic quaternarium ſignificabat. a Dānoſa. Que iacturā afferebat. Proprius. ſp dānoſi ſubſiluere canes. Hora. li. 3. Ode. 6. in fi. Dānoſa qd non iminuit dies. erat unitas in uno latē tali: ſignata. Oui. li. Dānoſas effugiaſq; canes. b Raderet. aufferret. c Anguſte. in quā humi de fixam pueri nuces iaciebant. Orcus aūt pluto dicitur. de quo Ode. 28. Hora. lib. 1. car. & infra. Menaq; qd prima nōdum defecerit orca. Orca uas eſt fictile lato aluo anguſto ore ac fundo. lōgiori collo in quā inter ludētes pueros qui nucem inieciſſet uictor erat. Ab ea orcula diminutiuū deducit. Cato de re ruſtica. Cyminū feniculū rutam mentā in orculā cōdito. Ex ea quoq; nō nulli urceū atq; inde per diminutionē urceolū dici uolunt. d Buxū. hoc eſt turbinē ex buxo. quo ludo pueri exercenī. Tibull⁹. Nā q; agor ut per plana citus ſola uerbere turbo. Quem celer aſſueta uerſat ab arte puer. Virg. li. 7. æne. Ceu quondam torto uolitans ſub uerbere turbo. Quē pueri magno in gyro uacua atria circū. Intenti ludo exercent. Eſt eni turbo in oui ſilitudinē tornatū ul in modū pile lignee q ab anguſto icipiens ſurſum uerſus in latitudinē migrat. unī forma turbinata noiatur qd nunc trocho dicit. Eſt aūt & hæc buxus & hoc buxū. Virg. li. 2. geor. Tympana uos buxuſq; uocant berecinthiæ mr̄is ydee. Et lib. 2. geor. Et torno raſile buxum. e Flagello. crebra eni ſcutice pcuſſione in gyrū uertitur. Virg. lib. 7. Dant aios plagæ. f Haud tibi. Indignat in deſidem dicēs illū excuſari nō poſſe: qn iam ea ſit ætate ut cognoſcat quæ mala quæ bona ſint & ea oia quæ a philoſophis diſputent. & q; bonarū artiū ad uirtutem ducētiū nō eſt ignarus. qbus uerbis oſtendit niſi deſidiā euitarit maiorē rephenſionē mereri: q̄ ſi litterarū & doctrine ignarus eſſet. g Inexpertū. incognitum. h Curuos mores. turpes. prauos atq; diſtortos. i. uitia q̄. n. recta ſunt bona & utilia iudicant. Perſius ſaty. 5. Appoſita i tortos extēdit regula mores. cōtra rectos mores dicim⁹. i. uirtutē. i Deprehēdere. cognoſcer. k Queq; docet. Et plane

Scire erat in uoto: damnoſa[a] canicula quātū
Raderet[b]: anguſte[c] collo nō fallier orcæ.
Heu qs callidior buxū[d] torquere flagello[e].
Haud tibi[f] iexptū[g] ē curuos[h] deprēder[i] mores
Quæq; docet[k] ſapiēs braccatis[l] illita[m] medis[n]

canicula

Orca.

Orcula.

Vrceus.

Vrceol⁹

Orcus.

Turbo.

trocho.

Buxus.

Mos.

Stoici. philoſophiæ recteq; uiuēdi ꝓcepta cognoſti qualia ſtoici docent.i.phi
Pyſiana quia ſtoa.i.porticu ſunt appellati.Nam athenis porticꝰ erat. quæ pyſi-
ɛta. anacta uocabaẽ.refferta uaria & multæ ſcientiæ pictura Polignoti tha-
ſii teſte laertio in zenone. & Pli.li.35.ca.8.in fi.& cap.9.poſt princi. In
hac porticu Darii xerſiſq; perſarũ medorũq; regis in græciã tranſitꝰ& ſa
laminiũ illud male ꝑliũ & turpis deinde fuga depicta erãt. In qua cũ di-
Zeno. uerſis tpibꝰ Iã.1430.ciues iterfecti fuiſſent uoluit zeno locuʒ illũ ſtabi-
lem atq; iuiolabilem reddere. Quare cæpit in illa docere ad quē eo audi
endũ diſcipuli cõfluentes qui antea zenoni dicebanẽ.poſtea ab ipſa por
ticu ſtoici ſunt uocati. l Brachatis. Braccas ſcri.Dio. Veſtes eē q̃s gal
Braccæ li ad terrorē intonſas & uarii coloris ferũt. eaſdem græci eodē auctore.
Anaxiri Anaxiridas uocant.Diodoro adſtipulaẽ.Iuue.ſatyra.2.in fi.Mittentur
das. braccæ.& Cornelius tacitꝰ ita ſcribēs. At cecina uelut relicta poſt alpes
ſæuitia ac licētia modeſto agmīe per italiã iceſſit.Ornatũ ipiꝰ municipia
& colonice in ſupbiã trahebant ꝙ uerſicolori ſagulo braccas barbarũ te-
gmen idutus togatos alloqueref.Braccas item ueſtes eſſe docet Sueto.
in Cæſare cum ait Gallos cæſar in triumphuʒ ducit.Idem in curia Galli
braccas depoſuerũt latũ clauũ ſũp ſerũt. m Illita. i.picta. n Medis.
Medorũ talis eſt ſitus.Nã habēt parthos & caſpios ab ortu a meridie ſi-
Media. thacenen & ſuſianē & pſida.Ab occaſu Adiabenē. A ſeptētrione Arme-
niã.dicti aũt medi a medo filio medeæ q ut ſcri.Dio.ibi regnauit.

a Indetonſe.
i.nõ tõſa mo
re ueterũ.qui
nõ tõdebanẽ
Virgi.li.

Porticus.in ſõnis q̃bus idetonſa[a] iuuentus.
Inuigilat:ſiliq̃s[b] & grãdi[c] paſta polenta.

Ora puer prima ſignãs intonſa iuuēta. b Siliquis. hic ſiliquas poſuit
pro leguminibꝰ. hæ.n.generaliter ſignificãt tegmenta & folliculos le-
guminũ & cæterarũ frugũ.unde Pli.li.12.ca.7.circa princi.Piperis ſili-
Siliqua. quas appellat.Virg.in Geor.li. Grandior ut fætus ſilliq̃s fallacibꝰ eēt
Et quãuis igni exiguo ꝓperata maderēt.hoc aũt dicit ex pythagore ſnia
qui cuʒ ſentiret aios hominũ poſt mortē migrare in noua corpa uel ho-
minũ uel brutoꝵ a carnibꝰ abſtinendũ eſſe ſuaſit. ne.ſ.edēdo in animos
humanos ſæuirent.ſed hortēſibꝰ tm̄ ueſcendũ dicebat.unde Oui.li.
Heu quantũ ſcelus eſt in uiſcere uiſcera cõdi. Congeſtoq; auidũ pingue
ſcere corpe corpus.Alteriuſq; aiam aiantis uiuere lætho. Iuue.ſatyra.3.
Viue bidētis amans & culti uillicus horti.unde epulũ poſſis cētum dare
pithagoreis.Idē ſaty.15.in fi.Vel quo nõ fugeret ſi nũc hæc mõſtra ui-
deret pithagoras,cunctis aialibus abſtinuit qui tanq̃ hoie & uētri idulſit

non omne legumen. De ſiliqua p̃terea arbore lege Plini. li. 13. cap̃. 8.
c Grandi. habundāti. d Polenta. i. tenui faciliq; uictu cōtenta. Polē Polēta.
tam aūt plurib⁹ modis fieri docet Pli. li. 18. cap̃. 7. circa med. a Et lr̃a.
Nō te fugit enī quēadmodū pithagoras uirtutis uitiorūq; uiam ſimili
tudine ipſilon. y. littere demōſtrauit. Ordo eſt. Et littera quæ diduxit ſa
mios ramos mōſtrauit tibi callē ſurgentē dextro limite. b Samios. i.

Et tibi q̃ ſamios[b] diduxit littera[a] ramos
Surgentē dextro mōſtrauit limite callem[c]
Stertis adhuc[d]: laxūq;[e] caput cōpage ſoluta

pythagore q auctore Tro- Samos.
go pompeio Pythagoras.
ſami demara
to locuplete
negociatore
pre natus eſt
uir omniq doctrinaꝝ genere excellētiſſimus. mortuus eſt metaponti qď Metapōtus.
oppidū eſt quo tertia Italiæ regio finit̃. Pli. li. 3. ca. 11. in prin. tāta olim
admiratione ut ex domo ei⁹ templū facerent eūq; pro deo colerēt. obiit
aūt eo anno ut ſcri. Euſe. quo uolſci coriolū perdiderūt. Pythagoras aūt
per y litterā quæ in duas ptes diuidit̃ ſignificauit nobis duas eſſe ꝑpoſi- coriolū.
tas uias quarū dextra ardua & anguſta nos ad uirtutē inuitaret. Siniſtra
uero lata. & ampla uitiis pateret. Nā biuiū y litteræ ab anguſto incipiēs
iuuentutis ſpēm p̃fert. quo tēpore hoies incerti ſunt uitia ne. i. partē ſi
niſtram an uirtutē. i. partem dextrā ſequant̃. Virgi. li. Littera pytha-
gore diſcrimine ſecta bicorni &c̃. eam litterā aliqui philoſtratis aucto-
ritate nixi palamedē inueniſſe crediderūt. q cum olim in cōtione Achi-
ui forent atq; ex cōſueto grues uolarēt: ulixes palamedem reſpiciēs ait
Grues achiuis teſtib⁹ inuentionē ſibi litteræ uendicant cui Palamedes. Palamedes.
Ego ſane inquit litteras nō iueni. ſed ab auib⁹ iuentas fateor. Nam is ut
ſcri. Corneli⁹ tacitus: tēporibus troianis. 16. Litterarū formas inuenit.
Claudian⁹. Pendula ceu paruis moture bella colonis. Thracia cū tepido
permutāt ſtrimona nilo. Ordinib⁹ uariis per nubila texitur alis littera
pēnarūq; notis inſcribit̃ aer. Mar. lib. 13. Epig. 75. Turbabis uerſus nec
littera tota uolabit unā perdideris ſi palamedis auē. Lucan⁹ li. 5. Et tur-
bata perit diſperſis littera pennis. Pli. tamē lib. 7. cap̃. 56. poſt prin. ſcri
bit ſimonidē quatuor lr̃as iueniſſe. ypſilon. Zita. Capa. Omega. Ad qď
tradit corneli⁹ p̃cipuum ſimonidē poſt palamedem cæteras reperiſſe.
c Callē. arduū ac difficilē. ſed glorioſum & certū. d Stertis adhuc. cū
ætate tam grādi ſis nondū ad uirtutē excitaris. ſed crapula marcidus uix
caput ſuſtines. e Laxūq;. i. diſſolutū. Apertū ſomno caput. ꝑpter Cal
uariæ ſuturas dixit. quarū ut celſus octauo ſcribit: due ſup aures; tēpora

a ſupiore capitis parte diſcernũt. Tertia ad aures per uerticẽ tendẽs: occipitiũ a ſummo capite diducit. Quarta ab eodẽ uertice per medium caput ad frontem ꝓcedit. f Compage. bene deſidioſi hois mores expſſit
cõpago dicim⁹ compagẽ & cõpaginem. a cõpingendo. a Oſcitat. Oſcitãdo
Oſcito. euaporas qđ heri comediſti & bibiſti. & cum animi ſecuritate ut negligens cõcoquis. Virg. æglo. 6. Inflatum heſterno uenas ut ſemp iaccho.

Oſcitat[a] heſternũ diſſutis[b] undiq; malis.
Eſt aliqd[c] quo tendis: & in quo[d] dirigis arcũ.
An paſſim[e] ſeqris[f] coruos[g]: teſtaq; lutoq;
Securus[h] quo pes ferat: atq; ex tpe[i] uiuis.

Oſcitatio. n. ex ai ocio & ſecuritate puenit. Oſcitãtes igiť ſecuri & nihil puidentes. Teren. in andria. Amioto metu iter oſcitãtes opprimi. Oſcitare aũt eſt os totũ adapire qđ iterdum excitatis a ſono euenit. licet iterdũ & deſidia fiat. unde & oſcitatio & Oſcedo deduciť. A. Gellius li. 4. Sed cũ ille deieraſſet iuictiſſimũ ſe ſe & repugnantẽ oſcitatione uictũ teneri. quæ eo uitio qđ oſcedo appellatur: tũ notæ iam deſtinatæ exẽptus eſt. de hoc dixi in Mænechmis plauti. b Diſſutis. hoc oſcitantib⁹ ꝓpter ſuturas malarũ accidit. Malæ. n.
Malæ. celſo auctore in ſũma parte ſingulas trãſuerſas ſuturas hñt. A mediiſq; narib⁹ aut ſupioꝶ dentiũ gingiuis per mediũ palatũ una ꝓcedit. aliaq; trãſuerſa idẽ palatũ ſecãt. c Eſt aliqd. Propoſuiſti ne aliquẽ finẽ ad quẽ pergas & quo uita tua ſit directa. an uero uagus & fluctuans erras. per ironiã interrogat. In reb⁹ aũt humanis plures ſunt fines. ſed is omniuʒ ſm phos potiſſim⁹ habeť: ad quẽ reliqui tendũt. Quicqd. n. faciunt homines ſeu nauigẽt ſeu ædificẽt ſiue alia queuis gerãt: ob id faciunt ut ad ultimũ finẽ pueniãt, ad uitã. ſ. beataʒ. Dicit ergo poeta. Eſt ne tibi finis quiſquã ꝓpoſitus. q. d. Ex nulla qdem rõne uita tua pẽdet. d In quo. i. mentẽ tuã. Metaphora eſt ſumpta a ſagittariis ſignũ in quo ſagittã dirigant inſpectãtib⁹. e An paſſim. An more coruoꝶ nullo certo meatu uolantiũ per cenoſam ſtratãq; uiã duceris. tanq̃ nihil ꝓuidẽs & nihil de
compoſitio. futuro cogitãs. ſumptũ a pueris qui ſine ulla p̃meditatiõe aues plerũq; ita ſtulte inſequunť luto & lapidib⁹. ut in foueas ferant p̃cipites. Hora. li. *Sic ueluti merulis intent⁹ decidit auceps In puteũ foueãq;*. per qđ oſtẽdit eos quoꝶ uita nulla rõne & cõſcilio regitur in magnas miſerias
Coruus deuenire. f Sequeris. Lapidib⁹ iſectaris quod eſt inertiũ & ſtultoruʒ. g Coruos. i. prauos & a uirtute deuiantes ſine ullo reſpectu. Iuue. ſaty. 2. Dat ueniã coruis: uexat cẽſura colũbas. h Securus. qa nihil cõſcide-

deret. i Ex tpe. i. ut ſe ſe dãt tp̃a. nihil oĩno penſi hñs quid futuꝝ ſit. nihil putans itereſſe quo te pedes ferãt. a Helleborũ. Monet homi/nes ætate iuuenili ſũmo ſtudio bonis artib⁹ & diſciplinis inuigilandũ eẽ: cauendũq; ne uitia in nobis inueteraſcãt. Optima utens ſil'itudine. ſicut enĩ morbo anteq̃ uires adaugeat occurrẽdũ eſt. qm̃ illi cum ingraueſcit fruſtra remediũ adhibet. ſic uitiis anteq̃ illis occupemur repugnãdũ ẽ. helleborus.

Helleboꝝ[a] fruſtra: cũ iã cutis ægra[b] tumebit
Poſcẽtes uideas. uenienti occurrite morbo.
Et q̃d opus[c] cratero magnos[d] p̃mitter̃ mõtes
Diſciteq;[e] o miſeri & cauſas cognoſcite[f] rerũ
quid ſum⁹[g]. aut q̃d nã[b] uicturi gignim̃ ordo[i]

Nã ubi in animis nr̃is penitus iſederint difficillime dimouentur. Helleborũ uero herba eſt q̃ ueratrũ a latinis uocatur. qua & cerebrũ & bilis purgant̃ & hoĩs inſania emendat̃. b Cutis egra. i. In ydropiſim incideris: quo morbo cutis inflat̃. ſi helleboro ſanari nõ potuit. de quo Pli. li. 25. ca. 5. c Et q̃d op⁹. Nihil op⁹ eſt deſperata ualitudine: Cratero magna p̃mia polliceri. Craterus q̃dem nobilis & inſignis medicus auguſti tẽpeſtate floruit. de quo Hora. in ſermo. ſaty. 3. li. ſc̃di. Nõ eſt cardiacus craterũ dixiſſe putato. hic æger. eiuſdẽ fuit nois & magni alexandri dux. d Magnos. i. magnos theſauros. hoc de p̃uerbio antiquo tractũ eſt in eos qui nimis magna temere pollicent̃. ſic Teren. in phormi. Nõ modo auri mõtes pollicẽs. hic ſenſus eſt. Si in adoleſcentia & annis florẽtibus nõ didiceris. nõ eſt ut ſperes: multa pollicẽdo magr̃is & p̃his (qui diſcentiũ medici dici poſſunt): erudiri poſſe ſup̃ueniente ſenectute. e Diſcite. ſatyrica eſt exclamatio miſ̃atiõis plena. p̃ quã hortat̃ hoies ad p̃hiam & cætera bonarũ artiũ ſtudia. relinquãtq; aliis opes & diuitias. qñ melius nihil ſit q̃ ingenii uirib⁹ gloriã querere. Crater9 f Cauſas. i. p̃hiam naturalẽ: quæ circa rerũ cognitionẽ uerſatur. Virgi. li. 2. geor. Fælix qui potuit rerũ cognoſcere cauſas. g Quid ſum⁹. quia mortales ſum⁹. Et hoies rõnis capaces. hoc pertinet ad p̃hiam moralẽ. q. d. Nos oẽs diſciplinas & ſtudia ſequi debere. Aliqui ita interp̃tant̃. q̃ fragiles ſum⁹ ac ſi dicat: cũ uita ipſa qua fruimur breuis ſit debere nos iuxta illud ſaluſtii q̃ maxime longã efficere uirtutis ſplendore. quæ cũ oĩa breui elabant̃ ipſa clara æternaq; habet̃. Virg. li. Breue & irreparabile tẽpus oĩbus eſt uitæ. ſed famã extendere factis hoc uirtutis opus. Alius eſt ſenſus & melior. nos reminiſci debem⁹ natos eſſe hoies rõnis capaces & a brutis rõne diſcerni quã ſequi nos decet, & ideo facti ſumus.

ut cum hac uiuamus. Ergo diſcite quid ſum⁹.i.ſcite nobis a natura datā eſſe rōnem ex qua uita nr̄a pendeat.& ita cū ſuperiorib⁹ coniungatꝛ: ut itelligamus ideo deſidioſos uirtutis curā nō habere qa eorum uita rōne non gubernetꝛ. h Aut qd nā. ut honeſta & recta ſequamur nati ſumus. i Ordo qs. quo ordine excolēda ſit uita nr̄a.quæ ratio officiorꝝ & qui finis beatæ aut facilis uitæ.qui quidē talis a nobis preſcribitꝛ ut nemini iniuriam faciamus. unicuiqꝫ quod ſuum eſt reddamus de omnibus bene mereamur.hic ordo eſt & regula qua nobis uiuendum eſt.

a Aut mete. ideſt q̄ cito & mollit ac ſine ſtrepitu hæc ætas nr̄a decidat:q̄ ex floreſcēte i ſenectutē quā mox decliat.uñ Iuue.ſaty.9. Obrepit nō intellecta ſenect⁹. & ita monet qñ ut dixim⁹ uita nr̄a breuis ſit nos q̄ maxie uirtute longā efficere debere.Metæ.ergo.i.finis & termini uitæ. Virg.li.10.Metaſqꝫ dati puenit ad eui.Sene. i Tragædia.1.dū fata ſinūt uiuite læti. ꝓperate curſu uita citato.Per metæ igitur ſil'itudinē admonet ne a uirtute ad uitia dilabamur. Meta aūt a metiēdo dicitꝛ.terminuſ qꝫ eſt ac ſignū quo curſus intenditꝛ ac circa qd' circulum aurige uertunt. Moris eni erat ſepties metā luſtrare. Properti⁹ aut prius infecto depoſcit p̄mia curſu ſeptima quā metā triueritāte rota.Hora.lib.1.car. Ode. 1.Metaqꝫ feruidis euitata rotis.Luca.li.8.Cogit inoffenſe aurus accedere metæ.Hanc cōſuetudinē poſtea Domician⁹ iuertit & a ſeptena luſtratione ad quinā redegit.Suetoni⁹ in eius uita.In his circenſiū die quo facilius centū miſſis peragerentꝛ ſingulos a ſeptenis ſpatiis ad quina corripuit. b Et vnde. originē trahim⁹ uel ſubauditꝛ incipit ut ſit ſenſus. ſcite noſtrā originē duci a mortalibus & ideo nos eē mortales ut oino nobis recte uiuendū ſit. c Quis mod⁹. i.quis modus habēdi diuitias ſit. ac ſi dicat auaritiā fugiendā eſſe.& ea tm̄ quæ ſatis ſint ad uictū cōparanda.quæ omnia ex pħia morali habentꝛ. d Quid fas. quid optādum ſit ut intelligam⁹ nihil a diis peti debere niſi ut aiebat Iſocrates tribuant bona.unde Iuue.ſaty.10.Permittes ipſis expēdere numinib⁹ quid cōueniat nobis rebuſqꝫ ſit utile nr̄is. hoc iō dicit poeta qa ſtulti cōtraria optāt & pauci ſunt qui qd optandū ſit cognoſcant.Iuue.ſaty.10.in pri. Quid eni rōne timem⁹ aut cupimus quid tā dextro pede cōcupis:ut te conat⁹ nō pœniteat uotiqꝫ peracti. e Aſper. male part⁹, aut ꝓpter ſculpturā quod Pli. oſtēdit loquēs de poculis.ea erāt exciſa in aſperitatē. Virg.li. 5.æne.Cimbiaqꝫ argēto perfecta atqꝫ aſpera ſignis. uel qa Nūmi ſigno

Q uís dat⁹. aut metæ[a] quā moll' flex⁹. & uñ[b]
Q uís modus[c] argēto: qd fas[d] optare.qd aſp[e]

Meta.

Aſper.

ípreſſi cõtractando digitis aſperi ſunt. contra nõ ſignati leuigati & perpoliti. ut dixi in Nerone Sueto. a Utile. quid utilitatis diuitiæ habẽt quas bene poſſidet ille qui eis non abutit̃ ſed cum honeſtate diſpenſat. b Nũmus. pecunia ob id iuenta eſt ut non iam in terrã defodiat̃ ſed in ſubſidiũ cõmutandarũ rerũ ut Ariſtote. in ethicis refert. & ut ſubuenire poſſimꝰ & nobis & aliis egẽtibus. A nũma aũt rege ſeꝯundo romanoꝝ qui primꝰ impſſit ſunt denominati. Nũmꝰ.

Vtile[a] nũmus[b] habet. pr̃ie[c] carı́ſq; ꝓpínquís
Quantũ elargíri deceat: quẽ te deus eſſe[d]
Iuſſit & humana qua ꝑte locatus[e] es ín re.
Díſce[f]. neq; ı̃uídeas[g]: ꝙ multa fídelía[h] putet[i]
In locuplete[k] penu[l] defenſis píguíbꝰ[m] umbrís[n]

c Patrie. Patriæ. n. charitati nihil denegandũ eſt. & ꝓpinqui eadẽ rõne adiuuandi. Hora. li. Cur eget indignꝰ quiſq̃ te diuite. Virg. li. 6. Et qui diuitiis ſolum incũbere. d Quẽ te deꝰ e ẽ. fac inqt memineris deũ uelle te bonũ eſſe & iuſtũ. Luca. lib. 2. Nec tibi ſed toti genitũ te credere mundo e Qua pte locatꝰ. quo in gradu rerũ humanaꝝ locatus ſis & quã facultatem rerũ obtineas ne plus minus ue facias q̃ cõditio tua ferat. q. d. cum in rebꝰ humanis uaria ſint aı̃alium genera te hoı̃em eſſe ſcito: cui ſoli rerũ adminiſtrandaꝝ ratio cõceſſa eſt. & ideo nõ feritatẽ ſed humanitatẽ exercendã eſſe. f Diſce. ꝙ regnũ teneas ı̃ter oı̃a aı̃alia. g Nec ı̃uideas. nec liuore afficiaris ꝙ aliquẽ ditiorẽ cernas. & qui penariũ multis rebus refertũ habeat quas umbri marſiq; cliẽtes ſibi donarint. h Fidelia. genus eſt uaſis in quo optime ſeruant̃ ſalſamẽta. ſic dictũ quia fideliter recõdita ſeruet. ut ſupra R ñdet uiridi percuſſa fidelia limo. i Putet. tã diu ſeruata ſit ut putorẽ grauẽq; odorẽ redoleat. k In locuplete. i. copioſo atq; habundãti penario. locuplex. n. locoꝝ plenus dicit̃. quaſi loca pleraq; tenẽs. quẽadmodũ pecunioſus a pecoꝝ copia. Aſſiduus ab aſſe dando cognoı̃atur. l Penu. Penus omne eſculentũ poculentũq; ſignificat pro totius anni uſu. Teren. in eunu. cum in cellulã patris oẽm penũ congerebã. Hora. li. Portet frumẽta penuſq;. penarius uero locus intra domũ in quo penus reponit̃ uel reconditur. Eſt aũt penus. q̃rte declinatiõis in genere maſculino & feminino. in neutro uero tertiæ nam hoc penus penoris. ut pecus pecoris facit. hora. li. 1. ep̃ľarũ. ep̃ľa. Annone ꝓſit. poterit frumẽta penuſq;. Virg. li. 1. æne. in maſculino uel feminino poſuit. Cura penum ſtruere & flammis adolere penates. m Pinguibꝰ. ob generoſum oleę liquorẽ. Nam auctore Pli. li. Hoc

Fidelia.
Puteo.
locuple
Aſſiduꝰ
Penus.

umbria certamen humanæ noluptatis tenuere. n Umbria. umbria regio ab apēnino ad adriaticu3 uſq; ſinum ꝑtendiẗ dicta ꝙ inundatiōe terrarū i= bribus ſupfuerit. Pli.li.3.cap̄.13. a Piper. Apud indos p̄cipueq; in

Piper. fonte caucaſi ſolibus oppoſita gigniẗ. Pli.li.12.cap̄.7.in prin. Id iam ci bariis addebaẗ. Hora.li.2.ſermo.ſaty.4. Primus & inueni piper albu3 cū ſale nigro. b Perne. putent ſupple. a pede perna dicta eſt. & eā par

Perna. tē in ſue acce= perunt antiq quæ cruribus cōiuncta eēt. cum toto pe= de ſalita. Ca=

Et piper[a] & pne[b] marſi[c] monumēta[d] clientis[e]
Menaq;[f] qđ pría nōdū defecerit orca[g].
Híc[h] aliqs de gēte hírcoſa[i] centurionum[k]

to de re ruſtica & eo addito ungulā de perna. Et alibi cu3 pernas emeris ungulas earū p̄cidito. Pli. tamē li.8.cap̄.51.in međ. Pro crurib⁹ accepit. cū ait. Caſtranẗ fœminæ ſuſpēſis pernis prioribus. de hoc dixi in Milite

Marſi. plauti. c Marſi. populi ſunt apulie ultra picenum pelignis & ma=

Monu= rucinis uicini. Abellinates ātea appellati. Pli.li.3.ca.11. d Monumēta.

mentū. ob eā cām a cliētib⁹ miſſa ne e mēoria patronoꝝ excidāt. ſed memoriæ

Abelli= hæreāt qui ea dant. aut eo ꝙ mentē moneāt & moueāt dicta. Monumē

nates. tum enim eſt quicqd de aliqua re nos monet. Clientes.n. ut bñficii acce pti memores eſſe uideanẗ aliqd donāt qđ ſui ſit memoriā cōſeruaturū.

Cliens. e Clientis. Clientes dicunẗ qui magnos uiros ſequuuẗ quaſi colentes. Nam romulus auctore feſto cū plebē tutā eſſe uellet: eam in tres partes diſtribuit. ut eoꝝ opib⁹ defendereẗ unde tūc primū & patrocinia & cli

Mena. entellæ inſtitutæ ſunt. f Menaq;. piſcis eſt marin⁹. ut dixi in pænulo Plauti in fi. colorē mutās ut ſcri. Pli.li.8.ca.26. Nā hyeme cādidus æſta

Orca. te fit nigrior. ab hoc ſalſamēti gen⁹ mena diciẗ. g Orca. ſupra. Ra= deret anguſte collo non fallier orce. h Hic. hic pro tunc. me de phi= loſophia tractante aliqs dicat ſupple. mira urbanitate dū rōnes aſpernā tis recitat: eos percutit qui & uirtutes & uiros uirtuoſos cōtemnunt. i Hircoſa. An inculta horrida hiſpida & hirſuta. quæ tantu3 laboribus

Hircus. militiæq; ſunt apta: an potius graue olēti & fetida cuiuſmodi hirci ſunt utpote quæ libidinib⁹ luxuiq; intēta a diſciplina degenerarit. fruticāti= bus.n. pilis ſub halis hircoſi dñr ob fætorē hircinū. iiq; ad militiā puta= banẗ idonei. Iuue. ſaty.14. Sed caput intactū buxo nareſq; piloſas Ad= notet & grandes mireẗ lælius halas. aut hircoſa ab odore corpis qa ex la bore & cibo multo ac ſomno fætidū ſudat. uel ad mores barbaros rettu

cēturio. lit qui iam putridi dici ſolet. k Centurionū. i. militū ut infra ſaty.5.i fi. Dixeris hæc iter uaricoſos cēturiones dicti ꝙ cēturiis p̄ſint quarū cente

narius eſt numerꝰ. a Qđ ſapio ſatis. rõnes cõtemnentis phiam. ſufficit mihi naturalis ſenſus. nulla phica eruditiõe delector. b Archeſilas. Scithi hic filius patria pitaneus fuit. clarus phũs. Academiæ nihil affirmãtis clariſſimꝰ antiſtes. Crãtoris diſcipulꝰ q cũ i dicẽdo grauiſſimꝰ eẽt. & in ſcribẽdo ſatis exercitatꝰ poeticæ quoqꝫ operã dedit. Et ille eſt q ut refert plutarchus. auctore Gelio cũ uidiſſet quẽdam diuitẽ nimis delicatum qui icorruptus tamẽ & caſtus dicebatur. nihil iquit itereſt q bꝰ mẽbris cynedi ſitis poſteriorbꝰ an prioribꝰ. hic ab aliis Arceſilaus dictus eſt. Obiit: teſte hermippo cũ uinũ imodice bibiſſet ætatis anno. 71. de hoc Cic. in. 5. tuſcul. uerſus fi. & ſcripſi in dictionario. — Archeſilas.

Dícat qđ ſatís ẽ ſapío[a] míhí. nõ ego curo
Eſſe qđ archeſilas[b] erũnoſiqꝫ[c] ſolones[d]
Obſtípo[e] capíte. & fígẽtes[f] lumíne terram
Murmura[g] cũ ſecũ & rabíoſa ſilẽtía[h] rodunt.
Atqꝫ exporrecto[i] trutínant[k] uerba labello

c Erũnoſiqꝫ. qui ſemp in laboribꝰ & miſeriis uerſantur. ſtudio eni ſapiẽtiæ dediti. cæteris rebus omiſſis multos labores perferunt. ob qđ erũnoſi cognominant. Nã ærũna auctore cicerone eſt ægritudo laborioſa. frugalitas etiã philoſophoꝝ: miſia uidet luxurioſis. & pdigis. — Erũna.

d Solones. i. ſeptẽ ſapiẽtes græciæ quoꝝ unus fuit ſolon exceſſiade filius patria ſalaminius. qui regnante tarqnio priſco Romæ Athenis maxime claruit. Is teſte Ariſtote. leges dedit atheniẽſibus tanto cum tẽperamẽto ut parẽ gratiã teſte Iuſtino a ſenatu & plebe contraheret: quãq plæbs & ſenatus in ſũma prius eſſent diſſenſione. qbus ſi atheniẽſes perpetuo uti uoluiſſent ſempiternũ ut ait ualeriꝰ habituri fuiſſent iperiũ. Idẽ oraculi iudicio ſapiẽtiſſimus habitꝰ eſt. In cypro cum piſiſtrati tyrãnidem fugiſſet mortuꝰ eſt anno ætatis. 80. — Solon.

e Obſtipo. i. triſti ſeuero obliquo & ad terrã inclinato. grauitatẽqꝫ ſimulante. & cũ obliqtate fixo tantũ cogitatiõi intẽto: quaſi ob ſtupidi uideantur. Obſtipi dñr quibus colla rigent & in humerũ capita iclinata ſunt. Hora. li. 2. ſermo. ſaty. 5. Stes capite obſtipo multũ ſimilis metuẽti. Colu. in. 8. loquẽs de ſuibus febricitantiũ inqt hæc ſigna ſunt: cũ obſtipe ſues trãſuerſa capita ferant. Trangl. in Tybe. Incedebat ceruice rigida & obſtipa. — obſtipꝰ

f Figẽtes. i. luminibus in terram immobiliter fixis. Virgi. libro. Obtutuqꝫ hæret. g Murmura. Morẽ altiora meditantiũ expreſſit. cogitatiões. ſ. atqꝫ iuẽtiones. ſuas ſuſurro imurmurantes. h Rabioſa ſilẽtia. tractũ a canibꝰ q in rabiẽ uerſi neſcio qd ſecũ frendũt. i Exporrecto. labra interdũ cõtra

him⁹interdū exporrigim⁹atq; extendim⁹.qui aūt interloquendū uerba
Trutia. ꝑponderant labra quodāmodo extēdere uidenť. k Trutinanť. penſi-
tant quaſi in trutina.Iuue.ſaty.6.Atq; alia pte in trutina ſuſpēdit home
rū. a Aegroti. aſpnator uirtutis appellat ea quæ phi diſputāt & diſſe
runt tanq̄ ſomnia ualitudinarii homis. b Meditātes. dialetico more
uerba examinātes.æmulatio eſt.Hora.li. Neſcio quid meditās nuga-
rū tot⁹ i illis.

c Gigni. fuit cōmunis opinio apud philoſophoſ quā inter cæteros auctore laertio maxie ꝓbauere. Epicurus. Dioge

Aegroti^a ueteris meditātes^b ſōnia.gigni^c
De nihilo nihil:in nihilū nil poſſe reuerti.
Hoc ē cur^e palles:cur qs^e nō prādeat:hoc eſt.
Hiis^f ppl'us^g ridet:multūq; toroſa^h iuuentus
Ingeminat tremulos naſo criſpāte cachinos^i

nes themidis fili⁹.& democrit⁹abderites.cū de mūdi & rerū creatiōe lo
querenť:nihil eſſe qđ ſui originē nō habeat. neq; quicq̄ ex nihilo gigni.
aut in nihilū id qđ aliqđ eſt cōuerti poſſe.oīa.n.ex aliqua re fieri neceſſe
eſſe dixerūt:qm̄ ſi qđ defluit interiret in id qđ nō eſt oia iā dudū interiiſ
ſent.cū ea non eſſent in quæ diſſoluerenť. Quæ nūc ut ſubtilia & ocioſa
irridet aſpnator uirtutis:contēnēs phos q talia iueſtigēt. d Hoc ē cur.
uerba irridentis phos quos per irriſionē ex eo palleſcere dicit ꝙ nimis
ſtudeāt.nā diuturna cogitatio lucubratio & inedia pallorē corpib⁹inii-
cit. e Cur qs. liberaliū.n.artiū ſcriptores pce uiuūt.Iuue.ſaty.7.Fuit
utile multis pallere & toto uinū neſcire decēbri. f Hijs. talib⁹uerbis &
diſputationib⁹. g Ppl'us ridet. phi a uulgo derideri ſolēt.Perſi⁹ ſaty.
1.in.fi.Nec q abaco numeros & ſecto in puluere metas &c̄. h Toroſa.
carnoſa & pulpoſa ualēs & robuſta.quo uocabulo utimur etiā in rebus
Torus. inaīatis.Tori.n.partes mēbroꝝ neruoſe calloſe muſculoſe carnoſe pul
poſe & in ſe ꝓpemodu3 collecte ſunt.ualeri⁹ flaccus:ꝓtulit horrēdoſq;
toris iformib⁹ art⁹.qđ & de uenis quoq; : quū uariū in morē qbuſdā in
locis turgeſcūt dr̄.Celſus in.7.Ac per ipſos uenaꝝ thoros inæq̄le eſt.
In herbis quoq; eodē uerbo utiť Pli.li.19.ca.5.&.8.ut dixi in Oui.ep'la
9.Et ſolidis gēmas appoſuiſſe toris.&in.2.tuſcul'.Cic.&in Amphitr.
Plauti.& in Luca.li.2.Excuſſi placuere tori &c̄.& in.3.geor.Luxuriatq;
toris aīoſum pectus.& li.4.Intumuere tori totoſq; induruit art⁹. & in
cachin⁹ Tragædia.1.Sene.&.2.&.7. i Cachinos. riſus immoderatos.diſſolu
toſq; ut dixi in arte poetr.Hora.Romani tollēt eqtes peditefq; cachinū.

& in Iuue. ſaty. 10. ſed facilis cuiuis rigidi cẽſura cachini. a Inſpice. ab ægrotãte ad medicũ dicit. Inſurgit enim poeta in eos deſides incõtinẽtes delicatoſq́ uiros qui tãta ſunt intẽperãtia ut q̃uis ualitudiarii ſint: & paucoꝝ dierũ abſtinẽtia ſanari poſſint: cupiditatũ tamẽ uitia ſanare nõ poſſunt. ſed iis ita iſeruiũt: cõtra medici ꝑcepta balneo ac uino utentes ut grauiori cõtracto morbo tandẽ moriantur. hos igit poeta ridẽdo ꝑcutit. oñdens q̃ turpe quã q͛ miſeruȝ ſit hoiem cupiditati & corporis uoluptatibus ſuccumbere.

Inſpice[a] neſcio[b] qd trĕpidat[c] mihi pect⁹ & egris
Faucib⁹[d] exuberat grauis[e] halit⁹. iſpice ſodes[f]
Qui dicit[g] medico iuſſus requeſcere. poſtq̃[h]
Tertia cõpoſitas uidit nox currere uenas[i]
De maiore[k] domo modice[l] ſciẽte lagena[m]
Lenia[n] loturo[o] ſiui ſurrẽtina[p] rogabit.
Heus bone[q] tu palles: nihil[r] ẽ. uideas tñ iſtud

b Neſcio qd. ul' ægroti parum qd morbi eſſe dicẽtis uel medici poti⁹ uerba ſunt ignorare ſe qd iſpiciat aſſerentis. c Trepid it. palpitat. notæ aduerſæ ualitudis futuræ ſunt ut celſus etiã li. 2. refert. n dolor ꝑcordioꝝ eſt aut toti⁹ pectoris aut ſi ſpũs grauior eſt. d Faucibus ꝓficũ eſt laborantẽ ſtomachi cruditate graueolẽtiã emittere. Fauces auctore Pli. li. 11. ca. 37. ultra med. Vocant ſummũ gulæ. eaq́ numero tantũ plurali. e Grauis. difficilis & olens. Virg. li. 6. Inde ubi uenere ad fauces graue olentis auerni. f Sodes. ſodalis. g Qui dicit. ordo eſt. q dicit medico q̃ ſupradicta ſunt. h Poſtq̃. Medicinæ perſius nõ ignarus ea ꝑfecto ponit quæ ueteres medici obſeruauerũt. Celſo. n. auctore. li. 3. ubi corpus ægrotare icipit q̃uis unã febris acceſſionẽ ſecuta itegritas eſt. tamẽ quia tertiana timeri põt: expectãd⁹ eſt dies tti⁹ & ubi acceſſiõis tp̃s ꝑteriit cib⁹ dãd⁹ eſt: ſed exigu⁹ q͛ q̃rtana quoq́ timeri põt. hic aũt die. 3. cum uideret febrẽ nõ reuertiſſe tanq̃ oi piculo liberat⁹ ad priſtinũ uictũ & incõtinẽtiã rediit. i Uenas. pulſuȝ atteriarũ quietũ. k De maiore. i. diuitis. l Modice. i. parũ capaci. uel cui ad ſũmũ labrũ parũ deſit. ergo min⁹ plena. uel q͛ uetuſtate decoquatur ac ꝑ hoc ſe ſe ſitiẽs ebibat. m Lagena. gen⁹ uaſis. n Lenia. tenuia. Tria eni ſunt uini genera Auſterum dulce & lene. o Sibi loturo. i. qui balnea ingreſſurus eſt. p Surrentina. auctore Pli. li. 14. cap. 6. Conualeſcentibus maxime ꝓbata erãt. Surrentina dicta a ſurrentinis montib⁹ cãpanie uicinis maſſicis gauraniſq́ collib⁹. Hora. li. Surrentina uafer qui miſcet fæce falerna. q Heus bone. uerba medici reuiſentis ægrum

Faux.
Sodes.
Lagena
Lene.
Surrẽtĩ

ne ſe lauet,ne ue largi⁹ uino utaꝛ:qm̄ palleat. r Nihil eſt. uerba ægroti aſpernantis monitiões medici.& ualitudinē diſſimulātis. quo potiꝰ ſo litæ incōtinētiæ indulgere. ſ Videas. uerba medici bñ cōſulētis & ad monentis q̄uis a morbo liberat⁹ ſibi ipſi uideaꝛ.caueat tamen qm̄ cutis

Luteus. eius tacite itumeſcat. a Surgit tumeſcit.ſubaudi nā. b Tacite. ſicut in hydropico. c Lutea. coloris ſub crocei qđ infirmo peſſimum eſt ſi gnū. d At tu deteri⁹. tm̄ abeſt ut capiat cōſiliū medici; ut ultro etiā irrideat medico:cōuitiaꝛq; ꝓmonēs ne ſibi tāq̄ cuſtos & tutor ſit. e Ne ſis. curator q̄lis pupillis adhiberi ſolet Hora. li. Siue ego

Quicqd id ē ſurgit[a] tacite[b] tibi lutea[c] pellis.
At tu[d] deterius palles.ne ſis[e] mihi tutor
Iā pridē[f] hūc[g] ſepeli: tu reſtas[h] perge tacebo[i]
Turgidus[k] hic epulis[l]:atq; albo uētre[m] lauaꝛ[n]
Gutture[o] ſulphureas lete exhalāte mephites[p]
Sed tremor[q] iter uina ſubit,calidūq;[r] trientē[s].

praue ſeu recte hoc uolui ne ſis patruus mihi. f Iā pridē. q.d.eū a quo erat regend⁹:nō ſeipſum bñ rexiſſe:qñ qdē añ ſe mortu⁹ ſit quare infert. g Nunc tutorē. h Tu reſtas. alter tutor quē ſepeliam.aut reſtas.i.reſi

Turgidus. ſtis. i Perge tacebo. medici ſunt uerba irati & diſcedentis. ac nullum ſe ulteri⁹ uerbū facturū ꝓmittētis. k Turgid⁹. i.crudus & indigeſtus Iuue.ſaty.1. Turgid⁹ & crudū pauonē in balnea portas. Ex perſona ſua

Albus. poeta loquiꝛ oſtendēs hūc tandē ob incōtinentiā interiiſſe. l Epulis. du; idulget gulæ cibos ſumit quos digerere nequit. m Albo uētre. i. pallido.ut itra. Alges cum excuſſit mēbris tremor albus arıſtas. Hora. li. Vides ut pallidus oīs cæna deſurgat dubia. n Lauaꝛ. nā ante cæ

Balnea. nā romani auctore celſo exercebanꝛ. poſt eā exercitatōnē balnea igredie banꝛ qđ. & Apianus alexādrin⁹ idicat loquēs de Catone uticēſi. Circa ueſperā a balneo ad cænā tranſit. Idq; etiā ab antiq̄s obſeruatū oſtendit Virg.li.1.æne.cum ait Littore aena locant alii flammaſq; miniſtrāt. Tū uictu reuocāt uires.nā auctore ſeruio grāmatico aena parata erāt a troianis ut ſe ante lauarēt q̄ cænarēt.cum heroicis tpibus carne elixa nō ue ſcerenꝛ. o Gutture. i.halitus graues & olentes. Ructus.n.& exhalatio

Mephites. ſunt ſigna crudi ſtomachi.& cibi nō cocti. p Mephites. Mephitis terræ putor eſt ex aq̄s & terris ſulphuratis atq; etiā corruptis proueniēs. Virg.li. Sæuāq; exhalat opaca mephitim.ſed per tranſlationē ad grauē ructatiōis odorē rettulit putridū & corruptū. q Sed tremor. Ex nimia repletione & cruditate ſtomachi in cōuiuiis obrepunt tremores &

repéte moriunt. Iuue. ſaty. 1. Hinc ſubite mortes atq; iteſtata ſenectus. Hinc erũpit indignatio poetæ. r Calidũq;. uel quia tãdiu calicẽ manibus potando ante tremorẽ aduentantis febris tenuerit ut eũ calefecerit In quo ſumma arte longã eius potationẽ incõtinentiamq; rephendit. uel ad caſam potionẽ rettulit. Iuue. ſaty. 5. Quãdo uocat⁹ adeſt cal'e gelidæq; miniſter. ſ Trientẽ. Et ſi triens ſit tertia aſſis pars. pro calice tñ hoc loco ponit. qui tertiã ſextarii ptem cõtinet. Eſt aũt triens genus uaſis potorii: tres eminas capientis. Martialis. li. 10. Epig. 49. Cum potes amethiſtinos triẽtes & nigro madeas opimiano. & li. 1. Epig. 134. Crebros ergo bibas. licet triẽtes. Itẽ gen⁹ nũmi. Iuue. ſaty. 3. Quẽ porrigat ore trientẽ.

Triens.

Excutít'e manib⁹ dentes crepuere retectí.
Vncta cadũt laxís hínc pulmẽtaría[a] labrís.
Hínc tuba[b]. cãdelæ[c] tandẽq; beatulus[d] alto[e]
Cõpoſitus lecto[f] craſſiſq; lutatus[g] amomís[h].

a Pulmẽtaria. Pulmentario rũ appellatione oĩa ciborũ genera minutiſſima itelligimus: a pulte denominata. ut ſcri. Pli. li. 15. ca. 15. in fi. Hora. li. Tu pulmentaria quære ſudando. Iuue. ſaty. 7. Veniet qui pulmẽtaria cõdit. Serui⁹ quoq; in buccolicis dicit Teſtilẽ eſſe nomẽ mulieris ruſtice quæ meſſoribus æſtu fatigatis diuerſa genera herbarũ cõtundẽs pulmentariũ iis parat.

Pulmẽtum.

b Hinc tuba. cõſuetudo fuit maioris ætatis ut funera ad tubã efferrent de qua Pli. li. 7. ca. 56. circa med. Virg. li. 11. de pallante. It cælo clamorq; uirũ clãgorq; tubarũ. mioris uero ætatis ad tibias. Stati⁹ de Archemoro. Tibia cui teneros ſolitũ deducere manes. Id quoq; ſeruatũ fuiſſe i funere ei⁹ corui q Tiberiũ & Germanicũ & Druſum Cæſares noiati ſalutabat: Pli. oſtendit li. 10. ca. 43. c Candele. quæ ante mortuos pcedebãt. d Beatul⁹. i. qui beat⁹ exiſtimabat & diues. Beatũ ut ſcri. Pli. li. 12. ca. 19. Hoiem etiã in morte luxuria fecit adhibẽs urendis defunctis pcioſa aromata quæ deorũ ſacris cõueniebãt. aut beatus qa nunq̃ ſplendidiori habitu fuerit q̃ eo quo effert. pcioſiore eni ueſte in funeribus ſtragulaq; pauperculi exponebantur. e Alto lecto. i. nobili & diuite: iuidioſe hoc dicit. Nam in lectis funera defferebant. Sueto. loquẽs de funere cæſaris lectũ pro roſtris in forum magiſtratus & honorib⁹ functi detulerunt. f Lecto. meliori. ſ. q̃ eo quo dum iuueret utebat. g Lutat⁹. i. perfuſus oblitus & unguentatus. a luto deriuatũ. Cadauera eni uariis aromatib⁹ cõdiebant. h Amomis. i. unguẽtis ex amomo. Nã inter unguẽta acutiora fiunt coſto amomoq; Pli. li. 13. ca. 1. in fi. Amomũ aũt eſt gen⁹

Tuba. Funus. Cãdela. Lutatus Amomum.

fruticis palmi altitudine. Pli. li. 12. ca. 13. Sed in inuidiã tẽpoꝝ ſuorum hoc dicit poeta. qb⁹ corpa mortuoꝝ a romatib⁹ puncta ſepeliebãt. Per

Funus. ſi⁹ ſaty. 6. Verne oſſa inodora dabis. a In portã rigidos. funera & cada uera pedib⁹ anterioribus & pcedẽtibus efferunt. ut interitus ortui con trarius demonſtret. b Heſterni. i. liberti qui heſterna die morte dñi li

Pes. berati & quiritũ ius adepti: libertatẽ accepere. & ciues romani facti ſunt c Capite induto. i. accepto pileo qđ erat indiciũ libertatis. Nã ſerui cũ manumitte- bant in tẽplo

Feronia feroniæ quæ libertoꝝ dea phibebat raſo capite pile um accipie- bant. Plautuſ in Amphitri one. Quod

In portã rigidos[a] calces extẽdit. at illum
Heſterni[b] capite[c] induto ſubiere[d] quirites[e].
Tãge[f] miſer[g] uenas. & põe i pectore[h] dextrã.
Nil calet[i] hic. ſũmoſq;[k] pedes attige. manuſq;
Nõ friget[l]. uiſa eſt[m] ſi forte pecunia. ſiue

utinam ille faxit Iuppiter: ut ego hodie raſo capite caluus capiam pile um ut infra ſatyra. 5. Quibus una quiritẽ uertigo facit. & liuius libro. 4. de bello punico. Plini⁹ loquẽs de cornelio cinna. pileũ libertatis eſſe ſignum indicauit cum ait. uocatiſq; ad pileum ſeruis aduerſarios uicit.

Quiri- d Subiere. funus qđ manumiſſi portabãt. e Quirites. i. romani. Cu

tes. res eni urbs quondã fuit ſabinoꝝ inſignis. nũc autẽ ut ſcri. Stra. uiculus

Cures. ex qua Acciri. T. Tatius. & Nũma põpi. Romæ qñq; regnãtes. Hinc q rites appellare ſolẽt romanos qui orõnẽ hñt ad pplm. f Tãge uenas. i. arterias ut dixi in Tiberio. Suet. Ab infirmitate corpis uñ ppter ægro ti incõtinentiã mors tandẽ hois ſecuta eſt ad ægritudinẽ animi tranſit. qua animus demerſus in uitiis morit. medicũ uero inducit adoleſcentis auariciã libidinẽ guloſitatẽ. iracundiã ob quæ uitia inſaniat rephenden tem. ſic inuehit in eos qui ocio & deſidiæ cõſulẽtes langorẽ p ſe ferũt & infirmitatẽ fingũt. & tñ ſuperantib⁹ animi cupiditatib⁹ rõne contineri nõ poſſunt qn ita ferant. Tales igit poeta deridet docens nihil hoi miſerius q̃ animi uitiis laborare. Itaq; ægrotus qui medicu3 de ualitudine cõſulit ait tange uenas. meas. g Miſer. noiatiuus eſt. i. ipſe æger miſer ſubaudi ait. h In pectore. qa quotiens plus ſolito cor ſalit aut calet ifir mitatis indiciũ eſt. i Nil calet hic. nullũ in te febricitantis calorẽ ſentio hic pnũciatiue legendũ eſt. uerba enim ſunt medici negantis eũ calere. k Sũmos. uerba ſimulãtis ægritudinẽ. l Nõ friget. uerba medici oſtẽ dentis nullũ pr ſus eſſe ſignum ægritudinis inqt. n. nullum aduentantis

febris indiciũ uideo. ſolet eni frigus febrẽ ꝓcedere:ac tũc extremæ partes prius frigere incipiũt. m Viſa eſt. hic oſtẽdit hoĩs auaritiã. tuũ ꝫ inquit morbum cognoui. Ipſe eni ſano corpore es. mẽte uero nõ bene uales. ſed auaritia & libidine æſtuas. nã ſi aliqua ſpes oſtẽtata fuerit puellæ uel pecuniæ habendæ tibi qui infirmitatẽ fateris: ſtatim in eã proruĩpes læticiã. ut nõ æger ſed ſanus agnoſcare. a Puella vicini. Hinc ardorẽ libidinis demõſtrat. hæc dñr ex perſona poetæ ſubſannãtis. b Subriſit. pro molliter tanq̃ tibi obſecutura. illũ qui fingit lãgorem.

Candida uicini[a] ſubriſit[b] molle puella.
Cor tibi[c] rite ſalit. poſitũ[d] ẽ algẽte[e] catino[f].
Durũ[g] olus. & ppli[h] cribro[i] decuſſa farina[k].
Tẽtemus[l] fauces tenero latet[m] ulcus in ore.
Putre qđ haud deceat plæbeia[n] radere[o] beta.

c Cor tibi. .ſ. præ nimia læticia. uerba poetæ irridẽtis. d Poſitũ eſt. deeſt ſi. ut ſit ſenſus. ſi huic q iã morbo liberatꝰ uidetͬ cibos populares appoſueris rurſus morbo teneri ſe dicet. Per qđ oſtẽditur q̃ turpe ſit hominẽ eſſe tãtæ uecordiæ ut rõnis iperium fugiat & appetitu obtẽperet. Et hæc perinde accipiẽda ſunt. ac ſi adoleſcẽs uiles dapes repudiaſſet. ſeq; appetitũ nõ habere dixiſſet qđ ex eo medicus dicit accidere qm̃ cibos uiles faſtidiret. e Algente. uel qa ferculũ i catino refrigeratũ eſſet. uel qđ melius eſt ad ſaporẽ retulit. Catino eni quod nõ lauti ferculi erat attribuit. f Catino. uas eſt eſcarium. g Durũ olus. Catinꝰ.
Olera dicunͭ quæ in orto naſcuntur. ab alendo. inter olera. Celſus con- Olus.
numerat etiã rapas. h Populi. q.d. quo utuntur plebei & pauperes.
i Cribro. inſtrumẽtũ eſt quo farina decutiͭ & purgatur. Cribroꝝ aũt Cribrũ.
genera plura ſunt. Galliæ eni auctore Pli.li.18.ca.11. ſetis equoꝝ inuenere. Hiſpania. Lino excuſſoria & polinaria. ægiptus e papiro atq; iunco Et i oriẽte e ſerico. k Farina. farinã a farre denoiatã noie ipſo appꝑet Farina.
Pli.li.18.ca.9.i fi. Plebei ac tenues nõ ex molli ſiligine fcõ ſed pane ſcđario utebanͭ Iuue. ſaty. 5. Sed tener & niueꝰ molliq; ſiligine factꝰ. i. panis regalis. & plebeiꝰ. q eni paupes ſũt rariorib9 cribris utũtur quo plus panis & furfuris minus cõficiatur. l Tentemꝰ. ſubaudi ſi medicus dicet. m Latet vlcus. uerba ægroti. poſſunt etiã eſſe poetæ irridentis eiꝰ amẽtiam & guloſitatẽ quæ nõ niſi lautis cibis expleri poſſit. & ſi ulcus cauſa ſit & tecta intra cutem malignitas. tamẽ ira amentis affectibꝰ animi nõ obtempans ꝑſe fert ualitudinẽ corpis non ſanitatem. n Plebea. qua Radere
pauperes ueſcuntur. o Radere. tangere. & abſtergere exaſperare. Beta.

a Alges. legēdum eſt in ſecunda perſona nō in tertia.i.cum metu pe-
cuniarū uel libidinis afficeris tunc frigeſcis & pilos erigis. b Excuſſit.
quaſi excutiendo erexit frigore horreſcens. ut ſteteruntqꝫ come & uox
faucibꝰ heſit. Virg.lib.2.æne. c Tremor. alias timor febris ab eo qđ p̄
Albus. cedit id qđ ſequit̄.nam febrem ſequit̄ tremor. d Albus. pallidus. ut ſu
pra atqꝫ albo uentre lauatur. ab effectu.timor enim pallorem inducit
cum ab exte-
rioribus par-
tibus ad præ
cordia ſāguis
recurrat.Ho-
ratiꝰ.libro.1.
Car.Ode.4.
Pallida mors

Alges[a] cū excuſſit[b] mēbris trēor[c] albꝰ[d] ariſtas[e]
Nunc face[f] ſuppoſita ferueſcit ſāguis.& ira
Scintillāt[g] oculi:diciſqꝫ faciſqꝫ[h] quod ipſe[i]
Non ſani eſſe hois:nō ſanus iuret horeſtes[k].

æquo pede pulſat. e Ariſtas. metaphoricos.i.pilos qui ī humano cor-
Ariſta. pore uelut ariſte in grano ſunt. Ariſtæ ꝓprie ſunt aculei ſpicarum grani
eminētes e gluma ut acus tenuis longa.ſic dictæ ꝙ cito areſcant primæ
granum gerēdo. Var.li.1.de re ruſtica. f Nunc face. materia iracūdiæ
adoleſcentem irritari & ira cōmoueri ſignificat. g Scintillant. nimio
calore inflāmati.& eſt ꝓprium inſanorū.ut dixi in Menæchmis Plauti.
uel exꝓſſio irati. h Diciſqꝫ faciſqꝫ. cum quoqꝫ ob ſuperiora uitia inſani
re oſtēdit.Ordo eſt.dicis & facis qđ ipē horreſtes nō ſanus iuret eſſe ho
minis non ſani. i Ipſe. Emphaſis. ideſt qui ratione prorſus caret.
k Oreſtes. Agamēnonis mycenarum regis filius fuit & clytēmeſtre.q
Oreſtes cum patrē a bello Iliaco reuerſurū ab aegiſto adultero & clytēmeſtra in
terfectum cognouiſſet ſeqꝫ ab eiſdem in mortē uocari; capta opportu-
nitate Aegiſtum & matrē necauit.cuiꝰ parricidii Areopagitarū iudiciū
ſubire coactus uariatis (ut ſcri. Cice. in oratione pro milone) ſentētiis
abſolutus fuit. Cæterum conſciētia geſtoꝝ exagitatus in inſaniā & furi
as uerſus uidere ſibi uidebatur matrem ſe ardētibꝰ facibus & ſerpentibꝰ
atris inſequentem. Virg.li.4.æne. Armatā facibus matrem & ſerpenti
bus atris cum fugit:ultriceſqꝫ ſedent in limine dire. Pacuuius li. Ore-
ſtem inducit monitu pyladis ut furias uitaret Apollinis templum igreſ
ſum:& cum inde exire uellet ei furias occurriſſe.ad quod reſpexit Virg.
li.4.æne. Vltriceſqꝫ ſedent in limine dire.

Ephenſur⁹ hac ſatyra eos qui aliena uitia ſolerti diligētia pſpiciūt
r & notāt. Domitiū Neronis pditiſſimis offenſus morib⁹ cū in pri
mis acerbitate ſatyrica inſectaᵗ. ꝙ uix dum pueritiā egreſſus dece
pto p Agrippine mřis ſcelus Britānico poſt morte claudii iperiū occu-
pauit. Cū per ætatē & rerū iperitiā quid agendū quid ue dicedum eſſet
ignoraret. ſed oia ſibi alterius cōſilio adminiſtrāda eſſent. Nam ut ſcri.
Corneli⁹ Illud in urbe iactabaᵗ. quēadmodū priceps uix. 17. ānos egreſ
ſus. ut dixi octauia Sene. ſuſcipere eā molem aut ꝓpulſare poſſet: quod Nero.
ſubſidiū in eo qui a femina regereᵗ. Nam matri ſummā oium rerum au
ctore Trangl. publicarū priuatarūq; permiſit. num pſia quoq; & oppu
gnationes urbiū & cætera per belli magros adminiſtrari poſſet alii ng
rebant. hinc igitur exclamat hinc excādeſcit. Et ne in principē cui⁹ tpib⁹
floruit poeta ferri uideaᵗ ſocratē iducit qui Alcibiade athenieſēm diſci-
pulum ſuū reprǽhēdat. qui puer rempu. miniſtrauit athenienſiu3. Alii
uero generaliter accipiūt huc locū dicentes ꝙ rephendat adoleſcentem
ambitioſum. qui cū libidinoſus & mollis etiā eſſet. introrſum turpis &
pelle decorus rēpu. gubernare ante maturos annos ſtuderet.

a Em populi. Imperiū romanū ſuſcipis regendū. cum iterroga
tione & icrepatione legēda ſunt. cū puer ſis pote: rempu. mi
r niſtrare. b Barbatū. hæc ſtatim poeta ſubiecit ne ſuſpect⁹ eſ Barba-
ſet. neroni tanq eū notaret. ſenſus eſt igiᵗ. Alcibiade quæ dñr tus.
in correctionē n oꝝ tuorū a ſocrate dici credito. Barbati aūt ꝓ ſtudioſis
ꝓbis & bonoꝝ moꝝ uiris & pħis capiuntur. ut dixi in Iuue. ſaty. 14. in
princi. Bar-
baros licet ad
mōcas mille
ide magros.
c Magiſtruȝ.
i. ſocratē. quo

Satyra Quarta.

r Em ppli^a tractas. barbatū^b crede magi- ſtrū^c
Dicere. ſorbitio^e tollit^e quē dira cicutæ

magiſtro uſus eſt Alcibiades a quo etiā dilect⁹. ſed ita tamē, ut Plato ſcri Alcibia-
bit in Simpoſio ſuo. Alcibiadē cōmemorantē ſe pernoctaſſe cū ſocrate des.
nec aliter ab eo ſurrexiſſe ꝗ filius a parente debuerit: hic prima ætate ab
athenieſib⁹ dux electus cū Nicia & lamaco aduerſus ſiculos bellū geſſit.
ſed ad reatū uocatus ꝙ ſacra cereris nullo magis ꝗ ſilentio ſolēnia enūci
aſſet. ſiue cōſcientiā ſiue indignationē rei nō ferēs tacitus in exiliū æoli-
dem ꝓfectus eſt. De hoc Aemili⁹. Plutar. & Trogus. d Sorbitio. So- Socra-
crates Athenieſis pħus primus fuit qui pħiam moralē ut ait Cice. euo- tes.
cauit e cælo. cocgitq; de uita & morib⁹. rebuſq; bonis & malis ꝗrere cu3
ante illā pħi oēs rebus pħicis pſcrutādis opam tantūmodo ipenderent

Sophoroniſci marmorarii & phaneretæ filius: obſtetricis fuit accuſan-

Cicuta. te Anyto capitis damnat⁹ ſorbitionẽ cicutæ hauſit. quæ ut Pli. li. 25. ca. 11. ante med. refert. uenenũ eſt publica athenienſiũ pena inuiſum. Iuuenalis. ſatyra. 7. Nil pręter gelidas auſæ conferre cicutas. e Tollit. perimit. a Quo fret⁹. qua re. qua uirtute cõfiſus. Illud reſpexit quia agrippinæ matris. Senecæ & bruti cõſiliis oĩa primis imperii dieb⁹ adminiſtraſſet. b Dic hoc. Interrogatio eſt contumeliæ & reprehenſionis plena. c Magni. nouies. n. ho ſteſſuperauit

Quo fret⁹[a]. dic hoc[b] magni[c] pupille[d] pericli[e]
Scilicet ĩgeniũ[f]: & re℞ prudẽtia[g] uelox[h]
Ante pilos[i] uenit. dicẽda tacẽdaq; calles[k].
Ergo ubi[l] cõmota feruet[m] plæbecula[n] bile

Noue. Pythagoras. pericles. Inter cætera egregia opera nono menſe ſamios ionu3 primos & potentiſſimos deuicit urbis menia deiecit. hunc ortus eſt pythagoras nõ aũt ex Samo quæ zazyntho & dulychio ꝓxima eſt. d Pupille. Alluſit ad hiſtoriã. nã neronẽ Poppea ut ſcri. Tacit⁹: cum ſibi mr̃imoniu3 & diſſidiũ octauiæ incolumi agrippina haud ſperaret. crebris criminationibus aliqñ per facetias inculabat principẽ & pupillũ uocabat. q iuſſis

Pericles alienis obnoxius: nõ mõ iperii ſed libertatis etiã indigeret. e Pericli. Alcibiades atheniẽſis cliniæ filius fuit quo (ut ꝓbus Aemili⁹ eſt auctor) nihil excellẽti⁹ fuit uel in uitiis uel i uirtutib⁹. Impator fuit ſummus & mari & terra diſert⁹: ut nemo ei dicẽdo reſiſtere poſſet. Eius poſt interitum pr̃is Periclẽ & Ariphonem tutores fuiſſe relictos ſcribit plutar. uiros ea tẽpeſtate ꝑclaros: & magna cũ Clinia ꝓpinquitate coniunctos. Periclẽ aũt Alcibiadis patruũ fuiſſe ſcri. Trog. Pom. Aemilius uero ui-

Scilicet. tricum. f Scil3 igeniũ. hæc decẽ carmina ſequẽtia cum ironia legenda ſunt. Scilicet ergo cũ deriſu ꝓnunciandũ eſt. Oſtẽdit eni rerũ agendarũ ſcientiã ante anno℞ maturitatẽ nõ acceder̃. Alibi ſaty. 1. Scilicet hæc populo pexus. Terẽ. in andria. Id pp̃ſus curat. ſ. Virg. 4. æne. S. is ſupis labor eſt. g Prudẽtia. ut ſcias quid loquaris uel taceas. ſapiã ꝓueniente pubertatẽ. h Uelox. quæ pfecto uelox eẽt ſi tibi iuueni ineſſet qui ante legitimũ tp̃s imperiũ occupaſti Prudẽtia. n. longo tp̃is iteruallo plurimarũ re℞ uſu & experiẽtia gignitur. i Ante pilos. ante barbã. anteq̃ pili naſcant̃ & lanugo & añ pubertatẽ. Nã uix. 17. natus ãnos Nero ipe

Calleo. riũ accepit. k Calles. ſcis intelligis cognoſcis. nã callid⁹ es in tacẽdis dicẽdiſq;. ut ſcripſi in dictionario. l Ergo ubi. ſenſus eſt. Ergo cũ ea prudẽtia ſis. nõ mirũ eſt ſi plæbẽ in ſeditionẽ concitatã grauitate man⁹ ſeda-

re & cohercere ſcis.q.d.principi nõ ſatis eſſe:poſſe ĩperare niſi cõcomitetur ſapiẽtia. m Feruet. æſtuat ira & ſeditiõib⁹ cõmota. n Plebecula. Plæbecula.
